

**18.** *B. cyagroïdes*. Barb. Rod. et Trail. — Stipite altitudine 1,<sup>m</sup>-1,5, diametro 0,<sup>m</sup>15; vaginis petiolorum persistentibus obvelatis, cum pubescentia spinis deciduis: frondibus pinnatis; foliolis 30-33-jugis, 5-0<sup>m</sup>,10 latis, linearibus, longe acuminatis; spatha breviter aculeata.

**Hab.** ad fluvium Tapajós apud Uixituba, ubi eam inveni anno 1872, simulque ad fluvium Jamundá. Ad hunc fluvium sunt specimina validiora. Invento est etiam apud Aveiros a Doctore Trail. Nullos vidi flores neque fructus.

(Barb. Rod. hb. Palm. 328)

**19.** *B. turbinocarpa*. — Stipiti mediocri, cæspitoso; frondibus concinnis; foliolis lanceolato-falcatis, longe acuminatis, subtus velutinis; spadice pubescentia ferruginea obsesso; fructibus turbinatis, tomento-pubescentia ferrugineo vestitis et aculeis parvis, nigris, erectis.

**Hab.** in silvis aboriginibus ad superiorem fluvium Trombetas. Fructus maturescunt februario.

(Barb. Rod. hb. Palm. 354)

**20.** *B. acanthocarpoides*. — Stipite cæspitoso, 2-3<sup>m</sup> alto, aculeato; frondibus pinnatis; foliolis alternis obsoleto-falcatis, acuminatis; spadice poly-ramoso; drupa globoso-turbinata, lutea, aculeata.

**Hab.** in primævis silvis ad fluvios Jatapú in Provincia Amazonica et Trombetas in Provincia Paraensi. Floret septembri et fructificat februario. Indi vocant Juru-pary heua, vel flecha do diabo (sagittam diaboli.)

(Barb. Rod. hb. Palm. 349)